



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 5. Dominos, nisi cupiditatibus suis imperent, ne seruis quidem suis  
imperare posse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

vetere scriptura, & fecerunt, *prælium*: posteriore  
tem, vnam vocem discerpserunt in duas, & semplo  
runt, *pro Illo*. quod qui ad Troianas pugnas ren-  
tunt, eis eis plurimum tribuo, adduci tamen, ut ip-  
assentiar, hac quidem in parte non possum.

*Dominos, nisi cupiditatibus suis imperent, ne serui qui-  
dem suis imperare posse.* C. A. P. V.

**Q** VI BVS in domibus aut paterfamilias, aut me-  
terfamilias nequiter libidinoseque vivat, in-  
seruos non esse seruos, neque communi condicione  
seruitutis vti, sed liberius, licentiūs, dissolutius viuen-  
& quotidiana docet experientia, & M. Tullius in Ca-  
liana defensione grauissimè ac sapientissimè dixit. In-  
ui enim, vt alicubi salsissimus, vrbanissimusque fra-  
ptor posuit Lucianus, omnium conscij sunt, quæ à do-  
minis aut pulchre aut turpiter fiunt, quocirca qui  
designant flagitia. quæ latèrē atque occultari expediat-  
ij, tantum abest vt metuantur à seruis, ipsi sume-  
tuunt seruos: vtpote quos necessariò habeant assiduo-  
suum facinorum testes. Hoc igitur arguento vñ  
est Cicero, vt doceret, verisimile non esse, M. Caelium  
cum Clodiæ seruis consilium de veneno ei præbendi  
communicasse. Lysias quoq. in Oratione, quam con-  
psit ei qui sacram oleam incidisse arguebatur, hoc ipso  
cum arguento vtentem fecit: nunquam ausurum  
fuisse se id facinus committere, cùm & consciens ei  
seruos adhibere oporteret, & ipse, eo perpetrato, non  
seruos eos postea, sed dominos habiturus esset: neque  
vlo modo ausurus in eos animaduertere, quicquid illi  
tandem fecissent. τοῦτον, inquit, ἐν αὐτῷ οὐλιανότερον  
αὐθόπων απάντων, εἰ τέστημαντες δεεργόντες, μηκέτι δύο  
τύποιν ἔχειν, αἱλαὶ δεερότας τὸν λαυπὸν βλού, ποίηστε  
ευεργέτας.

σωμάτες; ὅτε εἴ τι τὰ μέγιστα εἰς ἐμὲ ἔξημερτανον, ἐπεὶ δὲ  
εἰν τελῷ, δίκαιος με περὶ αὐτῶν λαμβάνειν. εὐτὸς αὐτὸν εἰδεῖσθαι,  
ὅτι ἀνένοις τῷ καὶ ἐμὲ πρωρηταδός, καὶ αὐτοῖς μηνύσοντος ἐλα-  
χίστους γένεσθαι. Miserrima igitur est impure ac turpiter  
viuentium condicio, quibus ad cetera damna illud  
etiam accedit, ut in quos imperium exercere debuc-  
tant, eos reuereri ac metuere adigantur.

Homerum & Aeschylum Athenienses, Tyrtaeum  
Lacedæmonij quo honore affecerint.

## CAPUT VI.

HOMERI poëmata quanti fecerint Athenienses,  
quamque utilia esse ad inflammandos honestatis  
ac dignitatis amore animos iudicarint, hinc existimari  
licer: quod legem tulerunt, ut quinto quoque anno in  
Panathenæis, elus vnius ex omni poetarum numero  
carmina publicè canerentur. ita enim cogitabant, le-  
ges præcipere quidem, quid faciendum, fugiendum-  
que sit, sed propter breuitatem, non docere: at poëtas,  
qui vitam hominum imitantæ, res præclaræ ac fortiter  
gestas, copiosè exponerent, easque propemodium ante  
oculos constituerent, aptiores esse ad persuadendum.  
Similem autem honorem habuerunt Lacedæmonij  
Tyrtaeo, cum enim ceteroqui à poëticis studiis alieni  
essent, neque poetarum cantus libenter audirent, lege  
tamen constituerant, ut quoties cum hostibus dimica-  
turus in procinctu constitisset exercitus; conuocaren-  
tur milites in tabernaculum regium: ibique audiendis  
Tyrtaei carminibus ad spernendam pro patria vitam  
incitarentur. Aeschylus quoque idem propè honos à  
populo Atheniensi tributus est, vnius enim ex omni-  
bus tragicis fabulæ, ipso etiam mortuo, ut doceren-  
tur, decreto publico statutum erat.

Illustra-

Muret  
Lectiones  
LIII  
25